Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cruciamenta clamabat.
Cui beata uirgo dixit. Pas
casi miserrime. quid cruci
aris? Quid palloribus
trepidas? Quid per di
uersa mentis tue tormenta
torqueris? Templum dei
me esse probasti iam cre
de. si non probasti disce.
Hoc audito paschasius
magis anhelabat. quia
de se ipso risus sibi exhi
beri cernebat. Tunc ig
nem circa eam fecit copi
osum incendi. ita ut pi
cem et resinam et tedas et
feruens oleum super eam iac
tarent. At illa in nomine
domini ihesu christi stetit inmobi
lis dicens ei. Ego rogaui
dominum meum ihesum christum. ut
ignis iste non dominetur in
me. quatenus tibi insultent
fideles in christo. Et iterum pe
tiui inducias martyrii mei.
ut credentibus timorem
tollerem passionis. et non

credentibus uocem insulta
tionis auferrem. Tunc an
gustiantem cum non ferren
tes amici eius. gladium
in gutture eius mergi fe
cerunt. et iam percussa quam
diu uoluit orauit. quamdiu
uoluit allocuta est turbam
circumstantem dicens. An
nuntio uobis pacem da
tam ecclesie. dyocletiano de
regno suo eiecto et maxi
miano hodie mortuo. Et
sicut hic catinensium ciui
tas interueniente pro
se sororem meam agathen.
ita me sciatis isti ciuita
ti datam a domino. si uolun
tatem dei facientes susce
pitis fidem. Hec loquente
famula dei lucia. ut dixi
mus. uisceribus eius gla
dio patefactis ante oculos
eius ferro uinctus duce
batur paschasius. Occurre
runt enim relationes
syculorum quod predasset p